

**I**ncipit Tractatus de ps. LXXVIII.  
 Prefatio.

**I**n titulo psalmi huius tam breui et simplici imorandum esse non putato. Prophetia vero quam hic premissam legimus: euidenter scimus impletam. Cum enim ista canerent temporibus regis Dauid: nihil tale adhuc contigerat ex aduersitate gentium ciuitati hierusalem: nec templo dei: quod nec edificatum adhuc erat. Post mortem quippe Dauid filium eius Salomonem deo templum fecisse quis nesciat: Bicis ergo tanquam preteritum: quod in spiritu videbat futurum.

Expositio psalmi.

**D**eus venerunt gentes in hereditatem tuam: Qua loquendi consuetudine etiam illud est prophetatum de domini passione: Bederunt in escam meam fel: et in siti mea potauerunt me aceto: et alia que in eodem psalmo: ventura velut facta narrant. Nec illud mirandum est quod deo ista dicunt. Non enim nescienti indicantur quo reuelante presciuntur: sed amat cum deo loqui pietatis affectu que nouit deus. Nam et angeli que hominibus nunciant: nescientibus nunciant: que autem deo nunciant: scienti nunciant: quando illi offerunt orationes nostras: et ineffabili modo de actibus suis eternam veritatem tanquam legem incommutabilem consulunt. Et iste ergo homo dei dicit deo: quod discat a deo tanquam discipulus magistro non ignorantis: sed iudicantis: ac sic aut approbanti quod docuit: aut quod non docuit reprehendenti: maxime quia specie presenti propheta eos in se transfiguratur qui tunc futuri essent: quando ista veniebant. Solent autem in oratione dici deo que vindicans fecerit: et adiungi petitio: ut iam miseretur et parcat. Hoc modo et hic dicunt a quo predicant: tanquam ab eis dicant quibus acciderunt: et ipsa deploratio atque predicatio: prophetatio est. Deus venerunt gentes in hereditatem tuam. Polluerunt templum sanctum tuum: posuerunt hierusalem in pomorum custodiam. Posuerunt morticina seruatorum tuorum escas volatilibus celi: carnes sanctorum tuorum bestiis terre. Effuderunt sanguine eorum sicut aquam in circuitu hierusalem: et non erat qui sepeliret. Si in ista prophetia quisque nostram eam vastationem hierusalem intelligendam putauerit: que facta est a Tito imperatore ro-

mano: cuius iam dominus Iesus christus post resurrectionem et ascensionem suam predicaret in gentibus: non mihi occurrit quomodo dici potuerit: iam ille populus hereditas dei non tenens christum: quo reprobato et occiso factus est reprobus: qui in eum nec post eius resurrectionem credere voluit: et in super martyres eius occidit. Ex illo enim populo israel quicumque in christum crediderunt: quibus facta est christi presentatio: et quodammodo promissi reddidit salubris atque fructuosa: de quibus et ipse dominus dicit: Non sum missus nisi ad oues que perierunt domus israel: Ipsi ex illis sunt filii promissionis: ipsi deputantur in semine: ipsi continent ad hereditatem dei. Hinc fuit Ioseph homo iustus: et virgo Maria que peperit christum: Hinc Iohannes baptista amicus sponsi et pariter eius Zacharias et Elizabeth. Hinc Symeon senex et Anna vidua: qui christum non loquentes sensu corporis audierunt: sed adhuc infantem non loquentem: spiritu cognouerunt: Hinc beati apostoli: Hinc Nathanael in quo dolus non erat. Hinc alius Ioseph qui expectabat etiam ipse regnum dei. Hinc tanta illa multitudo que precedebat et sequebatur iumentum eius dicens: Benedictus qui venit in nomine domini: In qua erat et congregatio puerorum: in quibus dixit impletum: Ex ore infantium et lactentium perfecisti laudem. Hinc etiam illi post eius resurrectionem quarta die vno triamila: et alio quinque milia baptizata sunt in aiaz vna: et cor vnum conflati caritatis igne: quorum nemo dicebat aliquid proprium: sed erant illis omnia communia. Hinc sancti dyaconi quorum Stephanus ante apostolos martyrio est coronatus. Hinc tote ecclesie Iudee que in christo erant: quibus erat facie Paulus ignotus. Notus autem seruitia famosissima: sed notior christi misericordissima gratia. Hic et ipse secundum premissam de se prophetiam: Lupus rapax mane rapiens: et ad vesperum diuidens escas: id est prius rapies persecutor ad mortem: postea pascens predicator ad vitam. Hi erant ex illo populo hereditas dei. Unde ait et ipse minimus apostolorum doctor gentium. Dico ergo: nunquid deus repulit plebem suam: Absit. Nam et ego israelita sum ex semine israel: tribu Benjamin: non repulit deus plebem suam quam presciuit. Hec plebs que ex illa gente christi corpori accessit: hereditas dei est. Nam quod ait apostolus: Non repulit deus plebem suam

Alia ista.  
 et tanquam.

quam presciuit: illi psalmo utiq; respōdet: vbi scriptum est: Quoniā non repellet dominus plebem suam. Ibi autem sequit: Et hereditatem suam nō derelinquet: vbi euidenter apparet: talem plebem esse hereditatem dei. Et em̄ hoc diceret et apostolus supra cōmemorauerat ppheticum testimonium de p̄nūciata futura incredulitate populi israel: Tota die expandi manus meas ad populum non credentem et contradicentem. Hic ergo ne quisq; male intelligens vniuersum illum populū crimine incredulitatis et contradictionis arbitretur esse damnatū: continuo subicit: Bico ergo: Nunquid repulit deus plebem suā: Absit. Nā et ego israelita sum ex genere isrl: tribu Bē. tamun. Hic ostendit quam plebem dixerit: utiq; populi prioris: quā si totā deus repulisset atq; damnasset: non utiq; ip̄e christi esset apostol⁹: Israelita ex semine Abraham: tribu Benjamin. Adhibet autē valde necessarium testimoniū dicens: An nescit in Helia quid dicit scriptura: Quē admodum interpellat deum aduersus israel: Domine pphetas tuos occiderunt: altaria tua suffoderunt: et ego relictus sum solus et querunt animam meam. Sed quid dicit illi responsum diuinū: Reliqui mihi septem milia viroꝝ: qui nō curauerūt genua sua ante Baal. Sic ergo et in tempore hoc reliquie per electionē gratie salue facte sunt. Iste reliquie sunt ex illa gente hereditas dei: nō illa de quibus paulopost dicit: Leteri vō excecatis sunt. Sic enim ait. Quid ergo: Quod querebat israel: hoc nō est cōsecutus. Electio autē consecuta est: ceteri vō excecatis sunt. Ista igitur electio: iste reliquie: ista plebs dei quaz non repulit de⁹: hereditas eius dicit. In illo autem israel q̄ hoc non ē consecut⁹: h̄ illis ceteris excecatis non erat iam hereditas dei: de qua dici posset post christi in celis glorificationē tempore Titī imperatoris: Deus venerūt gentes in hereditatē tuam: et cetera que illius populi et templi et ciuitatis vastatione: videtur in hoc psalmo esse predicta. Proinde aut ea debemus intelligere que facta sunt ab alijs hostibus anteq; christus venisset in carne. Non em̄ erat alia tunc hereditas dei vbi et pphete sancti erant: quādo facta est transmigratio in babiloniā: grauiq; gens illa vastata est: et sub antiocho etiā machabei horrenda perpessi gloriosissime coronati sunt: ea quippe dicta sunt in hoc psalmo

que solent fieri etiaz strage belloꝝ: Aut certe si post resurrectionē et ascensionē domini accipiēda ē: h̄ cōmemorata hereditas dei: ea sunt intelligenda que a cultoribus idolorū et inimicis nominis christi ecclesia ei⁹ in tanta martyꝝ numerositate perpessa ē. Quē enim asaph synagoga interpretet q̄ est congregatio: idq; nomen vsitatus in se derit genti iudeoꝝ: tamen et ecclesiā istam posse dici congregationē: et illum veterem populū dictū esse ecclesiā: iam in alio psalmo satis apteq; monstrauiimus. Hec igit ecclesia: h̄ hereditas dei ex circūcisione et preputio cōgregata est: id est ex populo israel: et ex ceteris gentibus per lapidem quē reprobauerūt edificantes: et factus est in caput anguli: in quo angulo tanq; duo parietes de diuerso veniētes copularent: Ipe ē enim pax nostra qui fecit vtrāq; vnum: ut duos conderet in se: in vnū nouū hominē: faciēs pacem et coadunaret vtroscq; in vno corpore deo: in quo corpore sumus filij dei clamantes: abba pater: Abba ppter illorū linguam: pater ppter nostram. Hoc enim est abba qd̄ pater. Unde domun⁹ qui dixit: Non sum missus: nisi ad oues que perierūt domus israel: ostendens illi genti redditas p̄sentie ip̄ius p̄missionem: ait tamē alio loco. Habeo alias oues que non sunt ex hoc ouili: oportet me et ip̄as adducē: ut sit vn⁹ grex: et vnus pastor: gentes significans q̄s erat adducturus: nō quidē per suā p̄sentia corporalē: ut illud verum sit: Nō sum missus nisi ad oues que perierunt dom⁹ israel. Sed tamē per euangeliū suū qd̄ erāt disseminaturi speciosi pedes annūciantū pacem: annūciantū bona. In omnē terram exiuit sonus eorum: et in fines orbis terre verba eorum. Hinc et apostolus ait: Bico ergo christū ministrū fuisse circūcisionis ppter veritatem dei ad cōfirmandas p̄missiones patrum. Ecce qd̄ est: Non sum missus nisi ad oues q̄ perierunt domus israel. Beinde subiūgit apostol⁹: Gentes autem super misericordiā glorificare deum. Ecce qd̄ est: Habeo alias oues que nō sunt de h̄ ouili: oportet me et ip̄as adducē: ut sit vn⁹ grex et vnus pastor. Quod vtrūq; breuiter dictum est in eo qd̄ de ppheta: idem apostolus cōmemorat: Letamini gentes cum plebe eius. Iste ergo vnus grex sub pastore vno hereditas dei est: non solum patria sed etiam filij. Nā filij vox est: Funes ceciderūt mihi in p̄claris: etenim hereditas mea

p̄lara est mihi: et ipsius hereditatis vox est  
 apud p̄phetam: Domine deus noster pos-  
 side nos. Hanc hereditatē nō moriēs pa-  
 ter filio reliquit: sed ip̄e filius eam sua mor-  
 te mirabiliter acquisiuit: cum resurrectōne  
 possedit. Si ergo de hac intelligendum est  
 qđ in psalmi hui⁹ p̄phetia canitur: Deus  
 venerunt gentes in hereditatē tuam: vt ve-  
 nisse gentes accipiamus ī ecclesiā nō: cre-  
 dendo: sed p̄sequendo: id est eam inuasisse  
 voluntate delendi atq; oīno perdēdi: sicut  
 tot p̄secutionū exempla monstrarūt: opor-  
 tet vt quod sequit̄: Polluerūt templū san-  
 ctum tuum: non in lignis et lapidibus: sed  
 in ip̄is intelligat hominib⁹: de quibus tan-  
 q̄ lapidibus viuīs construi dicit apostol⁹  
 Petrus: domū dei. Et apostol⁹ Pau-  
 lus apertissime: templū inquit dei sanctum  
 est qđ estis vos. Hoc itaq; templū p̄secu-  
 tores in his vtiq; polluerunt: quos ad ne-  
 gandum christū: terrendo vel cruciando  
 coegerūt: atq; vt ab idolis supplicarēt ve-  
 hementer instando fecerunt: quorum mul-  
 tos penitentia repauit: atq; ab illa inquina-  
 tione mūdauit. Penitentis em̄ vox est: Et  
 a delicto meo mūda me: et cor mūdum crea  
 in me deus: et spiritum rectū inoua in visce-  
 ribus meis. Nam vō quod sepuit̄: Posue-  
 runt hierusalem in pomorum custodiam: et  
 ip̄a ecclesia hoc nomine recte intelligit̄: hie-  
 rusalem libera mater nostra: de qua scriptū  
 est: Letare sterilis que nō paris: erumpe et  
 exclama que non parturis: qm̄ multi filij  
 deserte magis q̄ eius que habet virū. In  
 custodia pomorū: qđ dictum est: deserti-  
 onem intelligendā existimo: quā fecit va-  
 stitas p̄secutionum velut custodia pomorū:  
 quia deserunt pomorū custodie cum  
 poma transierit. Et certe quādo gentilib⁹  
 p̄sequētibus: ecclesia deserta visa est: in ce-  
 lestem mēsam spiritus martyrum: tanq̄ de  
 horto dominico multa et suauissima poma  
 transierūt. Posuerūt inquit morticina ser-  
 uorū tuorum: escam volatilib⁹ celi: carnes  
 sanctorū tuorum: bestijs terre. Quod dictū  
 est: morticina: hoc repetitū est carnes: et qđ  
 dictum est: seruorum tuorum: hoc repetitum  
 est: sanctorū tuorum: Illud tñ modo va-  
 riatum est: volatilibus celi et bestijs terre.  
 Adeli⁹ sane interpretati sunt qui morticina  
 posuerant: q̄ sicut quidā mortalia. Ador-  
 ticina em̄ non dicunt nisi mortuorū: mor-  
 talia vō etiam viuorum corporū nomē est.

Cum ergo sicut dixi ad agricolam suū spi-  
 ritus martyrum velut poma transissent: mor-  
 ticina eorum et carnes eorum posuerūt vo-  
 latilibus celi et bestijs terre: quasi quicq; eo-  
 rum resurrectioni depiret. Ex occultis na-  
 ture sinibus totum reintegrat̄ ab illo cui et  
 capilli capitū n̄ri numerati sunt. Effuderūt  
 sanguinē eorum sicut aquā: id est abundā-  
 ter et vilit̄ in circuitu hierusalē. Si hie-  
 rusalem terrenam urbem hic accipimus: eo-  
 rum sanguinem intelligimus effusum ī cir-  
 cuitu eius: quos hostes extra muros repe-  
 rire potuerunt. Si autē hierusalē illam in-  
 telligimus: de qua dictum est: Multi filij  
 deserte: magis q̄ eius que habet virū: cir-  
 cuitus eius est per vniuersam terram. In  
 ea quippe lectione p̄phetica vbi scriptum  
 est: Multi filij deserte magis q̄ eius que ha-  
 bet virū: paulopost ei dicit̄: Et qui eruit te  
 deus israel vniuersę terre vocabit̄. Circui-  
 tus ergo huius hierusalē in hoc psalmo in-  
 telligendus est: quousq; tunc fuerat eadeꝫ  
 ecclesia dilatata: fructificans et crescens in  
 vniuerso mūdo. Quomā in omni pte eius  
 p̄secutio seuebat: et martyrum stragē quorū  
 sanguis sicut aqua effundebat̄: cū magnis  
 lucris thesaurorū celestium faciebat. Qđ  
 vō adiunctū est: et nō erat qui sepeliret: aut  
 non incredibile debet videri tam magnum  
 in aliquibus locis fuisse terrorem vt sepul-  
 tores sanctorū corporū nulli proorsus existe-  
 rent: aut certe quia insepulta cadauera in  
 multis locis diu iacere potuerunt: donec a  
 religiosis quodāmodo furata sepelirentur.  
**F**acti sumus: inquit: opprobrium  
 vicinis nostris: Ideo p̄ciosa nō in con-  
 spectu hominū a quibus hoc erat oppro-  
 brium: sed in cōspectu domini mors sancto-  
 rū ei⁹. **S**ubsannatio et irrisio: Vel vt  
 quidam interpretati sunt. **I**llusio et  
 qui in circuitu nostro sunt. **R**epeti-  
 tio est sententię superioris. Nam qđ supra di-  
 ctum est: Opprobriū: hoc repetitū est: sub-  
 sannatio et irrisio: et qđ supra dictum est: vi-  
 cinis nostris: hoc repetitum est eis qui ī cir-  
 cuitu nostro sunt. **P**roinde fm̄ hierusalem  
 terrenaz vicini: et qui in circuitu gentis ei⁹:  
 vtiq; alie gentes intelligunt̄: fm̄ autē hie-  
 rusalem liberam matrem nostrā vicini sunt:  
 et in circuitu eius inter quos inimicos suos  
 habitat ecclesia in circuitu orbis terrarum.  
**B**einde iam manifestā precem fundens:  
 vnde intelligat superioris afflictionis cōme-

Alia fra-  
 t̄ bis.

Alia lra.  
t accendet.

moratio nō esse quasi indicatio sed deplora-  
ratio. **U**squequo: inquit: dñe irascaris  
in fine: exardescet velut ignis zelus  
tuus: Rogat utiq; ne deus vsq; in finem  
irascatur: id est ne illa tanta pressura et tribu-  
latio atq; vastatio vsq; in finem perseueret: s;  
tempet correctionē suam: s; illud quod i  
alio psalmo dicitur: Libabis nos pane la-  
chrymarū: et potabis nos in lachrymis in  
mensura. Nam quousq; dñe irascaris in fi-  
nē: ita dictū ē: ac si diceret: Noli dñe irasci  
i finē. Et in eo qd sequit: Exardescet velut  
ignis zelus tuus: vtrūq; subaudiendū est:  
et quousq; et in finē: ac si diceret: Quousq;  
exardescet velut ignis zelus tuus: In finē:  
Nam ita hic duo ista subaudienda sunt: si-  
cut supius vñ illud qd dictū ē: posuerūt.  
Nam cū habeat prior sentētia: Posuerunt  
morticina seruorū tuorū escas volatilibus  
celi: hoc verbū posterior nō habet: vbi di-  
ctū est: Carnes sanctorū tuorū bestijs terre:  
sed subaudit vtiq; quod habet supius: po-  
suerunt. Ira porro et zelus dei: nō sunt per-  
turbatiōes dei: sicut nōnulli scripturas q̄s  
non intelligunt arguūt: sed nomine ire in-  
telligit vindicta iniquitat: nomine zeli ex-  
actio castitatis: ne anima lege dñi sui cō-  
temnat: et a deo suo fornicando dispereat.  
Hec ergo ipso affectu in hominū afflictioē  
sunt turbulēta: in dei autē dispositione trā-  
quilla sunt: cui dictum est: Tu autē domine  
virtutū cum tranquillitate iudicas. Satis  
autē ostendit his verbis ppter peccata ho-  
minib; licet fidelibus has fieri tribulatiōes:  
q̄uis hinc floreat martyriū gloria merito  
patientie: et pie sustentato in flagello domi-  
ni moderamine discipline. Hoc machabei  
inter seua tormēta: hoc tres viri inter noxi-  
as flāmas: hoc pphete sancti in captiuita-  
te testant. Quis em̄ paternam correctio-  
nem fortissime et piissime ptulerūt: nō tamē  
tacēt hec accidere meritis peccatorū. Ho-  
rum enim vox est: et in psalmis: Emēdans  
emendauit me dominus: et morti non tradi-  
dit me. Flagellat enim omnē filium quē re-  
cipit. Et quis est filius cui nō det discipli-  
nam pater ei? Qd vō adiūgit. **E**ffun-  
de iram tuam in gentes que te non  
nouerunt: et in regna que nō inuoca-  
uerunt nomē tuum. Et nā ista ppheta-  
tio est: nō optatio: nō maliuolētie voto ista  
dicunt: sed spiritu pūsa predicunt: sicut de  
Juda traditore: que mala illi fuerant pro

suīs meritis euentura: ita pphetata sunt: q̄-  
si optata sunt. Quēadmodum em̄ ppheta  
non imperat chulto: q̄uis modo impatiuo  
pnunciet qd dicit: Accingere gladio tuo  
circa femur potentissime: Specie tua et pul-  
chritudine tua: et intende et p̄spere procede  
et regna. Ita nō optat: sed pphetat qui di-  
cit: Effunde iram tuā in gentes q̄ te nō co-  
gnouerūt: qd more suo repetit dicens: Et in  
regna que non inuocauerūt nomen tuum.  
Nam gentes p̄ regna repetite sunt: et quod  
eum nō nouerunt: per hoc repetitum est: qd  
non inuocauerunt nomen eius. Quomō  
ergo intelligendū est: quod ait dominus in  
euangelio: Seru⁹ qui nescit voluntatē do-  
mini sui et fac digna: plagis vapulabit pau-  
cis. Seruus autē qui scit voluntatem domi-  
ni sui et fac indigna: plagis vapulabit mul-  
tis: Si maior ira dei est in gentes q̄ domi-  
num non cognouerūt: In eo quippe quod  
ait: Effunde iram tuā: satis hoc verbo indi-  
cauit q̄ multā irā voluerit intelligi: vnde  
postea dicit: Redde vicinis nostris septi-  
es tñ. An quia multū interest inter seruos  
qui licet nesciant voluntatem domini sui: ta-  
men inuocant nomē eius: et alienos a fami-  
lia tanti patrisfamilias: qui sic ignorant vt  
nec inuocent deum? Inuocant enim pro  
eo vel simulachra: vel demonia: vel quāli-  
bet creaturā: non creatorem qui est benedi-  
ctus in secula. Neq; enim istos de quibus  
hoc pphetat: ita nesciēt: significat sui dñi  
voluntatē: vt tñ ipm dñm timeant: s; ita ipm  
dñm nesciēt vt nec inuocēt eū et inimici  
nomis ei⁹ existāt. Multū ḡ distat inter ser-  
uos voluntatem domini sui nescientes: et ta-  
men in familia eius atq; in domo viuētes:  
et inimicos non solum ipm dominū scire no-  
lentes: sed et nomen eius non inuocantes:  
atq; in seruis suis insup oppugnātes. Be-  
nig; sequit. **Q**uia comederūt Ja-  
cob: et locum eius desolauerūt. Ja-  
cob quippe figurā gestat ecclie: sicut Esau  
veteris synagoge. Unde dictus ē: Maior  
seruiet minori: potest in hoc nomine intelli-  
gi ea de q̄ loq̄bamur hereditas dei in quā  
inuadendā atq; vastandā post resurrecti-  
onē et ascensionē dñi gentes psequēdo ve-  
nerunt. Sed locū Jacob quō intueamur:  
intelligendū est. Magis em̄ locus Jacob  
illa ciuitas putari pōt in q̄ erat et templū: q̄  
vniuersam illā gentē sacrificandi et adorā-  
di causa: et pascha celebrādi dñs p̄ceperat

cōuenire. Nā si christianoz cōuentus inhi-  
bitos atq; cōpressos a psecutorib; ppheta  
vellet intelligi: loca desolata videret dice-  
re debuisse nō locū. Sed possum; accipe p  
numero plali: numerū singularē positū: sic  
vestē p vestib;: militē p militib;: pecus p  
pecorib;. Adulta em̄ hmōi moris est dici:  
nec solū vulgo loquētiū: verū etiā disertis-  
simoz auctoz eloquētiē: nec ab ipa diuina  
scriptura hoc genus locutiōnis alienū est.  
Posuit em̄ z ipam ranā p ranis: locustā p  
locustis: z innumerabilia talia. Qd̄ vō di-  
ctū ē: comederūt Jacob: hoc bñ intelligit;  
qd̄ multos in suū malignū corp;: hoc est in  
suā societate terrēdo trāsire coegerūt. Nde  
minit sane q̄uis illis p merito pessime vo-  
lūtatis ex ira dei digna reddenda sint: non  
tñ eos aliquid aduersus hereditatē ei; va-  
lere potuisset: nisi eā voluisset: ipse p pecca-  
tis ei; flagellando emēdare. Un̄ subiūgit.  
Nē memineris iniquitatū nostra-  
rū antiquaz: Nō aut pteritarū q̄ possent  
esse etiā recētiōres: sed ātīquarū: h̄ ē a pnti-  
b; veniētiū. Talib; quippe iniquitatib; dāna-  
tio nō correptio debetur. Cito āticipēt  
nos misericordie tue: Anticipēt vñq;  
ad iudiciū tuū: superaltrat enī misericordiam iu-  
dicio. Iudiciū aut sine misericordia: h̄ ei qui nō  
fecit misericordiam. Qd̄ aut adiungit. Quia  
paupes facti sum; nimis. Hoc vult  
intelligi āticipare nos misericordias dei: vt no-  
stra paupertas: id ē infirmitas eo miserante  
adiuuetur ad ei; pcepta faciēda: ne ad iu-  
diciū ei; dānādi veniamus. Ideo sequit.  
Adiuua nos deus salutaris nr̄:  
Hoc vō quod ait: salutaris noster: satis ex-  
ponit quā voluerit paupertatē i eo qd̄ dixe-  
rat: qm̄ paupes facti sum; nimis. Ipa ē q̄p-  
pe infirmitas: cui salutaris ē necessari;. Cū  
vero adiuuari nos vult: nec ingrat; est gr̄e:  
nec tollit liberū arbitriū. Qui em̄ adiuua-  
tur: etiā p seipm̄ aliqd̄ agit. Addidit etiā:  
Propter gl̄iaz nomis tui dñe libe-  
ra nos. Et qui gloriat;: nō in seipō: sed in  
dño gl̄iet. Et ppiti; esto: inqt; pecca-  
tis nr̄is ppter nomen tuū: nō ppter  
nos. Nā qd̄ aliud merent; pctā nr̄a: q̄s debi-  
tū et digna supplicia: S; ppiti; esto pecca-  
tis nr̄is ppter nomē tuū. Sic ergo nos libe-  
ras: id ē eruis a malis cū adiuuas nos ad  
faciēdā iusticiā: et ppiti; es peccatis nr̄is:  
sine quib; in hac vita nō sum;: qm̄ nō iusti-  
ficabit; i cōspectu tuo ois viuēs. Peccatū  
aut iniquitas ē. Et si iniquitates obseruaberis:

q̄s sustinebit;: Qd̄ at adiūgit. Nēqñ dicāt  
gētes vbi ē de; eoz. Magis p ipis  
gētib; ē accipiēdū. Adale. n. peūt q̄ de deo  
vero disputauerūt: putātes eū vel nō esse:  
vt suos nō adiuuare: nec eis eē ppitiū. Il-  
lud vero qd̄ sequit. Et inotescat i na-  
tiōib; eoz a oclis nr̄is: vindicta sa-  
guinis huoz tuoz q̄ effusus est. Et  
sic intelligit; cū credūt in deū verū qui pse-  
quebant; eius hereditatē: qz z ipa vindicta  
est q̄ perimit; seua iniquitas eoz gladio verbi  
dei: de quo dictū est: Accigere gladio tuo:  
vel cū pseuerātes inimici in fine puniunt.  
Nā mala corpalia q̄ in h̄ seculo patiunt; cō-  
muna possunt h̄ie cū bonis. Est aliud vin-  
dicte gen; q̄ ecclie dilatationē z fecūditatē  
in h̄ seculo post tātas psecutiōes: quib; eā  
oīno piturā putabāt peccator et incredul;  
z inimic; videt; z irasceat;: dētib; suis fren-  
det; z tatescet. Quis em̄ negare audeat hāc  
etiā esse grauissimā penā: Sed nescio vtrū  
satis eleganter accipiat; qd̄ ait: ante oculos  
nr̄os. Si hoc bñ gen; intelligam; qd̄ i inti-  
mis cordis agit;: z torquet illos q̄ nob; adu-  
lāter arrident;: nec a nobis videri pōt; qd̄ in  
homie interiore patiant;. Illud aut; qd̄ siue  
eis credētib; iniquitas eoz interimat;: siue i  
malignitate pseuerantib; supplicii nouissi-  
mū reddat;: sine scrupulo q̄stionis intelligit;  
dictū: innotescat ante oculos nostros vin-  
dicta in natiōib;. Et hec quidē vt dixim;  
pphetatio est: nō optatio. Sed ppter illud  
qd̄ scriptum est in Apocalypsi: sub ara dei  
martyres ad deū clamare z dicere: Quo-  
usq; dñe nō vindicās sanguinē nostrū: nō  
ē ptereūdū quēadmodū accipi oporteat:  
ne ppter exaturandū odiū: credant; sancti  
desiderare vindictā: qd̄ ab eozū pfectione  
longe abest;: z tamen scriptū est: Letabit; iu-  
stus cū viderit vindictā impioz;: man; suas  
lauabit in sanguie peccatoris: Et ap̄ls ait:  
Nō vosipos vindicātes carissimi: sed date  
locū ire: Scriptū est em̄: Adibi vindictā z  
ego retribuā dicit dñs. Nec ipse itaq; pce-  
pit vt noluit vindicari: sed vt nō seipi vin-  
dicantes dent locū ire dei qui dixit: Adibi  
vindictā z ego retribuā. Et dñs i euāgelio  
viduā; pponit in similitudinē que vindica-  
ri desiderās: iudicē interpellabat iniustū: q̄  
eam tandē aliqñ nō iusticia ductus: sed te-  
dio victus audiuit. Hoc aut; dñs pposuit:  
vt ostēderet multo magis deū iustū cito fa-  
cturū iudiciū electozū suorū qui ad illuz  
clamant die z nocte. Inde est z ille sub ara

Alia lra.  
f forte.  
f in gentib;  
f et reliqua.

Alia lra.  
f vltio.

Alia lra.  
f Et

dei martyrum clamor: vt dei iudicio vindicent. Ubi est ergo illud: Diligite inimicos vestros: benefacite eis qui vos oderunt: et orate pro eis qui vos persequuntur. Ubi est et illud: Non reddetes malum pro malo: nec maledictum pro maledicto: et nulli malum pro malo reddentes: Si enim malum pro malo non est cuiquam reddendum: non solum factum malum pro facto malo: sed nec votum malum reddendum est pro facto vel voto malo. Reddit autem malum votum qui etiam si non ipse vindicat: tamen vt eius inimicum deo puniat expectat atque optat. Quia propter cum et homo iustus: et homo malus de inimicis suis velit a domino vindicari: vnde discernuntur: nisi quia iustus magis cupit inimicum suum corrigi quam puniri. Et cum in eum videt a domino vindicari: non eius delectat pena: quia non eum odit: sed diuina iusticia: quia deum diligit. Benignus si in hoc seculo in eum vindicat: vel pro illo etiam letatur si corrigitur: vel certe pro alijs vt eum timeant imitari: ipse quoque sit melior: non supplicio illius odia sua pascendo: sed errata emendando: ac pro hoc de beniuolentia est non de malicia quod letatur iustus cum videt vindictam: et manus suas lauat: id est opera mundiora efficit in sanguine: hoc est in exitio peccatorum sumens inde non mali alieni gaudium: sed diuine admonitionis exemplum. Si autem in futuro seculo ultimo dei iudicio vindicat: hoc ei placet quod deo: ne bene sit malis: ne propter peccata etiam impij proficiant quod vti quam iniustum sit: et a regula veritatis quam iustus diligit alienum. Cum enim nos ad diligendos inimicos dominus hortaretur: exemplum proposuit patris nostri qui in celis est: qui facit solentium orari super bonos et malos: et pluit super iustos et iniustos: nunquid tamen ideo vltimo temporali correctionibus non emendat: vel pertinaciter duos in fine non damnat? Sic ergo inimicus diligatur vt non displiceat domini iusticia qua punitur: et sic placeat iusticia qua punitur vt non de malo eius: sed de bono iudice gaudeat. Maluolus enim animus contristatur si eius inimicus correctus euaserit penam: et cum puniri eum videt: vindicari ita se gaudet vt non iusticia dei que non diligit: sed illius que odit miseria delectetur: et cum deo dimittit iudicium vt propter noceat deo quam ipse nocere possit exoptat: Et cum dat cibum esurienti inimico potius sitienti: maliciose sapit quod scriptum est: Hoc enim faciens carbonem ignis congreges super caput eius. Agit enim vt amplius aggrauet et ei excuset indignationem dei quam carbonibus ignis significari putat: non intelligens

illum ignem esse penitentiae videntem dolore: quousque caput erectum superbia beneficijs inimici ad humilitatem salubrem deponat: et in bono illius huiusmodi malum vincat. Unde apostolus vigilanter adiuravit: Noli vinci a malo: sed vince in bono malum. Quod autem potest vincere in bono malum in superficie bonus: et in abdito malus: qui ope parat: corde seuit: manu mitis: voluntate crudelis. Sic ergo specie poscentis in hoc psalmo futura in impios vindicta prophetatur: vt intelligam sanctos homines dei suos inimicos dilexisse: nec cuiquam voluisse nisi bonum quod est pietas in hoc seculo eternitas in futuro. In penis autem malorum non malis eorum: sed dei bonis iudicij fuisse delectatos. Et vbi quae in scripturis sanctis leguntur in homines odia eorum: odia fuisse viciorum: que ipse etiam vnusquisque hominum odire oportet in se si diligit se. Nam vobis quod sequitur. Intret in conspectum tuum: Vel sicut alij codices habent: In conspectu tuo gemitus copeditorum. Non facile quisquam reperit coniectos in copedes a persecutoribus sanctos: et si accidit in tam magna atque multiplici varietate penarum: tam raro accidit vt non sit credendum sed in isto versu quod commemoraret potissimum elegisse prophetam: sed nimirum copedes sunt infirmitas et corruptibilitas corporis que aggrauant animam. Per eam enim fragilitatem velut quorundam dolorum molestiarumque materiam ad impietatem poterat compellere persecutor. Ab his copedibus concupiscebat dissolui apertus et esse cum christo: manere autem in carne necessarium propter illos quibus euangelium ministrabat. Bene ergo corruptibile hoc induat incorruptionem: et mortale hoc induat immortalitatem velut copedibus caro infirma promptum impedit spiritum. Hos ergo copedes non sentiunt: nisi qui in semetipsis ingemunt grauari: habitaculum quod de celo est supinam cupientes: quia et mors horrore est: et merore vita mortalis. Pro his propheta gemitibus ingemit: vt intret in conspectu dei gemitus copeditorum. Possunt et illi intelligi copediti qui preceptis sapientie colligati sunt: que patienter sustentata in ornamenta vertuntur. Unde scriptum est: Anice pedem tuum in copedes eius. Secundum magnitudinem: inquit: brachij tui: recipe in adoptores filios mortificatorum. Vel sic in alijs codicibus legitur. Posside filios mortificatorum. Ubi satis mihi videtur ostendisse scriptura: quis fuerit gemitus copeditorum: qui

Alia tra.  
† introcat.

pro nomine christi persecutiones grauissimas  
 ptulerunt: que in isto psalmo aptissime ppheta-  
 tant. In diuersis enim passionibus constituti  
 orabant pro ecclesia ne infructuosus esset po-  
 sterus sanguis illorum: ut diuina seges vni-  
 uersi eam putauerunt peritura inde veraci-  
 pollularet. Filios quippe mortificatorum di-  
 cit: qui non solum non sunt territi precedentium  
 passionibus: sed in eius pro cuius nomine passos  
 eos nouerunt exhortate illorum gloria ad imi-  
 tandum accensi copiosissimis agminibus cre-  
 diderunt: Ideo dixit: Secundum magnitudinem  
 brachii tui. Res enim tam magna secuta est in  
 populo christianis: ut eam qui se aliquid pfe-  
 quendo proficere putabant: nullo modo crede-  
 rent securam. **Redde: inquit: vicinis  
 nostris septies tamen in sinu eorum.**  
 Non mala optat: sed iusta pronunciat: et futura  
 pphetat. Septenario autem numero: id est se-  
 ptupla retributione perfectione pene vult in-  
 telligi: quia isto numero plenitudo significari  
 solet: vnde et illud est in bonis: Accipiet in hoc  
 seculo septies tamen: quod positum est pro omnibus  
 quasi nihil habentes et omnia possidentes. Vici-  
 nos dicit: quia in illos habitat ecclesia usque  
 in die separationis. Non enim modo fit discessio  
 corporalis. In sinu eorum dicit usque nunc in  
 occultis: ut vindicta que in hac vita agit in  
 occulto: post innotescat in nationibus ante oculos  
 nostros. Homo namque cum datur in repro-  
 bationem sensum in interiore sinu accipit suppliciorum  
 meritum futurorum. **Opprobrium eorum  
 quod exprobrauerunt tibi domine. Hoc eis  
 redde septuplum in sinu eorum:** id est pro isto  
 opprobrio eos in occultis eorum plenissime  
 reprobata. Tibi enim exprobrauerunt nomen  
 tuum se arbitrates in seruis tuis delere de fra-  
 tre. **Nos autem populus tuus.** Generaliter  
 accipiendum de omni genere piorum et verorum  
 christianorum. Nos ergo quos perdere se posse  
 putauerunt populus tuus. **Et oves gregis  
 tui:** Ut qui gloriatur in domino gloriatur. **Confite-  
 bimur tibi in seculo:** Alii autem codi-  
 ces habent. **Confitebimur tibi in eter-  
 num.** Ex ambiguo greco facta est ista diuer-  
 sitas. Quod enim habet grecum εἰς τὸν αἰῶνα  
 et in eternum et in seculum interpretari potest: si pro  
 loco intelligendum quid melius interpreta-  
 tum sit. Sensus ergo huius loci magis mihi vi-  
 detur ostendere: in seculo dici oportere: id est  
 usque in finem seculi. Sequens autem versus mo-  
 re scripturarum: maximeque psalmodum repeti-  
 tio superioris est ordine commutato: prius ha-  
 bens quod ibi est posterius: et posterius quod ibi

est prius. Nam quod ibi dictum est: **Confitebimur ti-  
 bi:** pro ipso hic dictum est: **Annunciabimus  
 laudem tuam.** Quod itaque ibi dictum est: in se-  
 culo: pro ipso hic dictum est: in generatione.  
 Ista quidem generationis repetitio perpetua-  
 tem significat: siue ut nonnulli intelligunt: quia  
 due sunt generationes vetus et noua: sed in  
 hoc fit seculo utraque: quoniam qui non renatus  
 fuerit ex aqua et spiritu non intrabit in regnum  
 celorum. Beinde quia in isto seculo annunciat  
 laus dei: nam in futuro seculo cum vide-  
 bimur eum secuti est: cui deinceps annuncietur  
 non erit. Nos ergo populus tuus: et oves  
 gregis tui: quas persequendo illi crediderunt se  
 posse consumere: **Confitebimur tibi in seculo  
 permanente usque ecclesia usque in finem quam  
 illi delere conati sunt.** **In generatio-  
 nem et generationes: annunciabimus  
 laudem tuam.** Que laus ut taceret nos si-  
 nire conati sunt. Adulter autem iam locis san-  
 ctarum scripturarum insinuauimus confessionem  
 etiam pro laude poni: sicut est illud: hec dice-  
 tis in confessione: opera domini vniuersa: quoniam  
 bona valde: maximeque illud: quod ait ipse salua-  
 tor: qui nullum habebat omnino peccatum quod pe-  
 nitendo confiteretur: **Confiteor tibi pater do-  
 mine celi et terre:** quia abscondisti hec a sapien-  
 tibus: et reuelasti ea paruulis. Hoc dixit: ut  
 aptius intelligat: idem esse repetitum in eo quod  
 dictum est: **Annunciabimus laudem tuam:** quod  
 superius dictum erat: **confitebimur tibi.**  
**Explicit Tractatus de psalmo LXXVIII.  
 Incipit Tractatus de psalmo LXXIX.**  
**N**on adeo multa sunt in hoc psal-  
 mo in quibus sermo non patitur diffi-  
 cultatem vel intentio auditorum in-  
 telligendi impedimentum. Proinde adiu-  
 uante domino cum affectu audiendi et vi-  
 dendi iam que pphetata et predicata sunt:  
 tanquam eruditi in schola christi currere debe-  
 mus que plana sunt: ut si forte obscura exi-  
 gunt officium interpretandi ea que plana sunt  
 legendi officium a me debeant flagitare.  
 Cantatur hic de aduentu domini et salua-  
 toris nostri Iesu christi: et de vinea eius: si-  
 cantat ille asaph quantum apparet illumina-  
 tus atque correctus: cuius nomine nostris si-  
 gnificari synagogam. Beneque titulus psal-  
 mi est. **In finem pro his qui immu-  
 tabuntur.** Etiam in melius. Quoniam chri-  
 stus finis legis ideo venit: ut imutet in me-  
 lius: et ait: testimonium ipsius asaph: bonus  
 testimonium veritatis. Beneque testimonium  
 et christum et vineam confitetur: hoc est ca-

Alia lra.  
 Et  
 septuplum in  
 sinu eorum.

Alia lra.  
 et impropertum  
 ipsoz.

Alia lra.  
 et pascue tue.